6642 Remigii in Verbanensibus Pallantinis in templo [intellegitur ecclesia S. Remigii in monte extra Pallanzam] ALC. Pallanzae *sotto i portici del collegio* BIONDELLI, EGO. — Mediolani ad coenobium S. Lucae IAC. male.

NATIS
S.II V II R I N *I*
PARA VALER*IA*
NA
V S L M

Contuli. Pleniorem dat Alciatus cod. Dresd. l. 2 f. 80, a quo pendent Iacobonius app. ad Fonteium 103 (inde Grut. 98, 2); Grut. 1019, 2 ex Alciatinis; Galleratus n. 45 ex Alciato (inde Don. 1, 88; Mur. 109, 6; Donat. 14, 6); Borsieri l. 3 inscr. 21 ex Alciato Morigia Grutero. Habent item additamenta ad cod. Valerii Trivultianum f. 169′. Biondellius egoque vidimus fractam.

Quae hodie desunt vel certe non apparent (nam fieri potest, ut elementa quaedam lateant sub tectorio parietis durissimo), videntur niti fide Alciati, cuius exemplum etiam is qui scripsit codicem Trivultianum ante oculos videtur habuisse. His igitur iure diffides; quae supersunt certa sunt nec recte pro NATIS Iacobonius emendavit PATIS. Nota duplicem litterae *e* figuram.

6643 ad Pallantiam in S. Angeli [hodie S. Georgii] insula. — Vercellis adscribit aut MODENA in chron. Vercell. ms. aut certe ii qui scripserunt exempla bibl. univ. Taurin. O. I. 24 et Q. I. 2, nam in Vercellensi frustra quaesivi.

D · M
SEVERI · ROMANI
VIBIVS · VIBIANVS
OMNIVIP

Alciatus l. 2 f. 82 (inde Grut. 889, 3 neque aliunde opinor tam Galleratus n. 47 quam is qui Pallantina adscripsit ad cod. Valerii Trivultianum f. 169′).

6644 Remigii in Verbanensibus Pallantinis in templo ALC. Hodie Pallanzae *sotto i portici del collegio* LABUS, EGO.

V *caper* *F*
VECCO · MOCC
ONIS · F · SIBI · ET · VTI
LAE · VECATI · F · VX
ORI · ET · FRONTO
NI · F · ET · CRACCAE
LIVONIS · F · VXO
RI · ET · MASCLO · F
ET · PRIMAE · OC
TAVI · F · VXORI · ET
SEXTO · F

Contuli. Alciatus cod. Dresd. l. 2 f. 81 (inde Grut. 838, 9; Galleratus n. 46); is qui auxit cod. Valerii Trivultianum f. 169′; Labus ad Amorettium p. 60 (inde Henzen 6195; Promis *Torino* p. 144); Scaciga *val' d'Ossola* (1842) p. 31; Biondellius vidit.

1 hodie certe deest adestque margo. — 4 in. IAI hodie cernitur, quod videtur fuisse LAE; LIAE priores. — 6 sic visum est ligatis litteris RE; CRACCAE Alc. Labus Scaciga, CRCCAE cod. Triv., CRCCAE Biond.

6645 Torbasii [= Trobaso] iuxta Verbanum, qua Hugoniam vel etiam Vegetii montes [= Vogogna] adimus, in S. Petri ALC.

STATIVS · M
OCCI · F · SIBI
ET · IVNNAE
BITTI · F · VX
SORI · MA
CIACO
NOVELLIO
BARONI
ALBANO
ACEPTAE 'sic' Alc.
PRIVATAE
SABINNO 'sic' Alc.
F · C

Alciatus l. 2 f. 79 (inde Grut. 830, 3; Laz. Aug. Cotta mus. Nov. p. 243).

6646 Canobii ad Verbanum in aedibus ad ipsum lacum COTTA. In monasterio Capucinorum quod fuit, nunc schola est publica BIOND. — *Ora in Arona nel giardino del Sig. Gian Giacomo Mantelli* FRASCONI.

D · M
COMINIAE · Q · F
ATILIANE · MATR
DVLCISSIME

Stazius Trugus Catalaunus sive Lazarus Augustinus Cotta in commentario ad Macanei descr. lacus Verbani ed. 1699 p. 19 (inde Mur. 1251, 1 ex schedis suis); Labus ad Amorettium p. 125; Frasconi cl. 3 n. 6 ex epistula amici; Biondellius vidit.

Vv. divisi ad Biondellium. — 1 D·M ad latera collocat Frasc. — 2 COMINIE Cotta. — 3 ATILIANAE Frasc. Lab. — MATRI Cotta Frasc. Labus. — 4 DVLCISSIMAE Frasc. Labus.

6647 Canobii ad lacum Verbanum apud patres Capucinos COTTA LAB. Adhuc in eodem aedificio, nunc eius pagi ludo litterario.

D · M
HAVE · PRIMITIVA · BENIGNA
INCOMPARABILIS · FEMINA
VIVA·MIHI·POSVI

Stazius Trugus Catalaunus sive Lazarus Augustinus Cotta in commentario ad Macanei descr. lacus Verbani ed. 1699 p. 19 (inde Mur. 1731, 12 ex schedis suis); Labus ad Amorettium p. 125 (inde Orelli 4736); Biondellius vidit.

6648 Locarni in ecclesia S. Victoris parieti infixa austrum versus BALLER. Ibidem adhuc.

OVF · ALBANuS
SIBI · ET
AMMVNEI
PHILARGYRI · F

Franciscus Ballerinus (1546—1627) in schedis servatis Locarni in tabulario capitulari, unde quae huc facerent mecum communicavit Planta Curiensis; Nessi *mem. stor. di Locarno* (Locarni 1854) p. 15 cf. p. 177; Monti Como n. 202 qui vidit.

Vv. ordinem non observant Ball. et Nessius. — 1 OVF Ball. Monti, QVE Nessi. — ALBAN[s] Nessi, ALBANS Monti, ALBAN Ball. — 4 sic Ball. Nessi, PHI ARCYRIE Monti.